



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Legia Catholica**

**Robertii, Johannes**

**Leodii, 1633**

15. Festum Venerabilis Sacramenti.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64596](#)

conferri postulent; & isti graui  
se piaculo obstringi credant, si  
quam negligentiam tantâ in re,  
admisisse videantur.

Ordo, sacrorum Hominum  
insigne, quâm Leodiensibus no-  
stris curæ sit; tanta Ecclesiasti-  
corum multitudo, eorumq; per-  
petuæ functiones, satis osten-  
dunt.

Matrimonia denique ita ce-  
lebrantur, facile ut appareat,  
non magis in ijs ciuilem con-  
tractum quâm Sacramenti san-  
ctitudinem obseruari.

### I5. Festum Venerabilis SACRAMENTI.

Sacramentorum omnium no-  
bilissimum esse constat Ve-  
nerabilem Eucharistiam,  
vr in quâ ipse omnium Sacra-  
mentorum Author, Christus  
Deus.

Deus. Huius peculiare Festum, cum mille propè, & ducentos annos, in Ecclesiâ Catholicâ defuisse; voluit idem Deus, originem sumere in Ecclesiâ Leodiensi. Sanè Mons Cornelij in Suburbio Ciuitatis Leodiensis est, quo in loco facta prima, & sæpius repetita, celebrandi huius Festi Reuelatio est, & Præceptum datum. Iuliana, Leodiensis fuit, & in eodem Cornelio Monte, Sacris Virginibus præfecta, cui ea Reuelatio facta, & datum de vulgandâ, Præceptum. Leodiensis Eua, quæ utriusque Deo indulgentie particeps fuit. Leodienses Primarij è Clero, Viri, ad quos res ipsa relata, & ab eis disputata, ponderata, & probata denique fuit, & laudata. E Leodiensi Clero, Urbanus IV.

Pont. Max. qui Festum ipsum  
instituit , & toto Christiano  
Orbe iussit, solemni cum Pom-  
pâ coli. Leodij est (ut cætera si-  
leam) S. Martini in Monte, Ec-  
clesia, in quâ , antequam terra-  
rum usquam , idem Festum ce-  
lebratum.

Et frustra sunt, qui vel igno-  
ratione, vel, quod peius, prauo  
rixandi studio , aliò conantur  
detorquere.

Scriptus mihi super eo ar-  
gumento . Libellus , hactenus  
non vulgatus. Sed non desunt  
alij , qui idem tractarunt : in  
quibus per eleganter Bartholo-  
mæus Fizen Noster. Si lubet,  
repere, quæ suprà retigi in Ro-  
berto Langonensi 68.